**sed oino est p̄ditionē matrimonij. Q2 est p̄ bonū plis: in tā**  
**tū q̄ si ista p̄ditio apponeret̄ matrimonio nō teneret̄ p̄ctus:**  
**lz als oēs turpes z impossibiles ei apposite nō viciat̄ illō**  
**Que t̄n sunt p̄ sbam viciat̄. Ut si vir dicat̄ straho tecū si ḡna**  
**tionē plis euites: aut si p̄ questu te adulterandā tradideris:**  
**vel donec inueniā aliā honore z facultatib⁹ digniorē: extra**  
**de p̄ditionibus appositis. c. si cōditiones. Polluere aut̄ ex**  
**tra vas est p̄ sbam: ḡ impediret̄ si poneret̄ in p̄ctu. Un̄ nō so**  
**lū femina nō tenet̄ p̄sentire viro in hoc sed potius d̄z euitare**  
**maxime tāq; m̄rimoniū repugnans: q2 p̄ hoc nō eēt vroz lz**  
**adultera viri sicut dicit Aug. z hēt̄ur. 4. sen. di. 31. De illis q̄**  
**p̄curat̄ venena sterilitatis. Q2 si ambo tales sūt nō sunt p̄i**  
**ges sed adulteri: si a p̄ncipio tales fuerūt. Si vō alter eoz̄ b̄**  
**facit: aut illa est mariti meretrix: aut ille est adulter vrozis.**  
**Ad fm dōm q̄ vroz tenet̄ ad debitū. Et t̄n cognosci in ta**  
**li vase nō est debitū: iō nec tenet̄ reddere: q2 ois vroz est fem**  
**ina. Et sic tenet̄ ad debitū vt̄ femina: z t̄n vas nō p̄fectuz**  
**nō est vas femininū sed cōe masculo z femine ḡ nō tenet̄ ibi**  
**reddere. Itē tenet̄ reddere debitū q2 vroz est q2 si nō eēt**  
**vroz nihil d̄ret̄ viro lz p̄ m̄rimoniū tradit̄ mutua corporuz**  
**ptās: z sic est iā debita vtriq; in altero ista ptās. Est aut̄ ma**  
**trimoniū ad gignēdū plē. Jō p̄iuges tenet̄ sibi vicisiz ad illā**  
**coitū q̄ ptinet̄ ad plē. Itē aut̄ nō ē talis iō nō tenet̄ ad eum.**  
**Itē debitū in coniugibus est ad evitandā fornicationē z**

Ad p̄m  
argm  
Ad 2<sup>m</sup>  
argm  
Alia  
m̄rio  
Alia  
m̄rio  
3  
Opi. q̄  
runda3.  
p̄. 10.  
2. rō  
R̄ndet̄  
ad q̄sitū  
q̄p̄is

Just af p̄  
R̄ndet̄ in  
stantie B  
p̄. 10  
2. rō.  
3<sup>o</sup> rō  
Ad p̄m  
argm  
Ad 2<sup>m</sup> arg.  
f

313 v

temptatione diaboli. p. chorin. 7. Nolite fraudare iniucē de-  
bito: nisi forte ex sensu ad ipsos ut vacetis oroni z iterū re-  
uertimini in idipsum ne temptet vos sathanas pp incōtinētia  
vram. Per tale tñ coitū nō tollit incōtinētia aut tēptatio fe-  
mine: sed p coitū in altero vase. s. nāli: g nō tenet reddere de-  
bitū nisi in illo.

**¶** An grauius sit cognoscere extra vas debitum vnaz mu-  
liorem q̄ aliam. **Questio.** CCXXV.

**Queritur** An grauius sit cognoscere eē vas cō-  
suetū vnā mulierē q̄ alterā. Dicūt qui  
dā q̄ cognoscere eē vas ē qdam gradus peccati z si addat  
alijs pctis quāto maioribus addit tanto maius est: z q̄ pec-  
cata luxurie sunt ineqlia q̄ maius ē adulteriū q̄ fornicatio  
simplex: z incestus maior adulterio: z viciū n̄ nām maius in  
cestu vt ait aug. li. de adulteriis p̄iugis. z. 32. q. 7. c. Adulte-  
riū. Ita ista pollutio eē ordinaria addita istis vicijs erit maior  
vl̄ minor fm diuersitate vicijs: q̄ deterius erit cogscere plan-  
guinea eē vas q̄ adultera: z deterius adultera q̄ meretrice:  
q̄ cū meretrice minimuz pctm̄ luxurie est. Et ex b̄ dicunt q̄  
ista copula sit minimū pctm̄ qñ sit in p̄pa vxore: q̄ coit⁹ cū  
oibus p̄ter vxorē est pctm̄. It̄ ista eē ordinaria pollutio addi-  
ta cuiuscūq̄ alteri pctō faciet illud maius cū vxore aut coitus  
simplex pctm̄ nō est: sed ista copula eē ordinaria est pctm̄: iō  
cū vxore sic polluit hoc solū in ea pctm̄ est: ḡ in ea minus est  
q̄ in qualz alia q̄ in ea ē vnica cā pcti: in ql̄bz alia sūt salte  
due. s. q̄ cognoscit z q̄ sic cognoscit. ¶ Dm̄ q̄ istud viciū  
deterius sit in coniuge q̄ in meretrice: in ql̄z talis coitus sit  
pctm̄ graue nō est tñ tā graue sic in vxore. Sic dicit aug. z hē-  
tur in allegato. c. adulteriū. s. iste vsus q̄ est cōtra nām execra-  
bilis sit in meretrice sed execrabilius in vxore. ¶ Ad argu-  
mētū dōm q̄ l̄z coitus cū meretrice semp sit pctm̄ z cū vxore  
nō: tñ ista turpitudine addita copule p̄iugali facit maius pec-  
catū q̄ sit i meretrice cognosci. Patet b̄ q̄ p̄iudicat m̄rimo-  
nio in tali coitu z tñ nō p̄iudicat meretrici. Nā m̄rimoniū  
est aliqd̄ sacrū: meretrix aut turpis est: z ad solā turpitudinē  
est. ¶ ḡ q̄s vtaf ea turpius q̄ sol̄ tuz sit l̄z pctm̄ sit nō: tñ est  
tā graue sicut cū abutimur re illa q̄ ad solā honestatē est. Et  
sic est de matrimonio q̄ factz est: z honestatē h̄z: ideo abuti  
illo grauius est quā abuti meretrice. ¶ Itē p̄z q̄ quāto ma-  
gis sit p̄ ordinē alicuius rei tāto magis pctm̄ sicut dicit aug:  
3. p̄f. z. 32. q. 2. c. flagi. q̄ pctm̄ n̄ nām semp repudiandū est:  
q̄ deus nō fecit hoies vt illo se vterent̄ nō. Meretrix aut̄ so-  
lū est ad seruiendū turpitudinē z libidini. Nā ad hoc venales  
sunt sicut dicit aug. in q̄oni. deus. z. 32. q. 4. Meretrices. s. ad  
meretrices accedere p̄hibet d̄ns quaz publice venalis ē tur-  
pitudine. Matrimoniu aut̄ nō est ad seruiendū turpitudinē. Sed  
ad liberorū p̄creationē z honestā copulā p̄ quā vitef incōti-  
nētia. Maior ḡ deordinatio est si q̄s abutaf vxore q̄ si abu-  
taf meretrice. Idē de p̄cubina dōm q̄ mulieres q̄ p̄ter sedus  
m̄rimoniū ad copulā assumūf large vocant̄ oēs meretrices:  
q̄ nō se h̄nt caste. hoc verū est nisi al̄s coitus ille sit multuz  
differens in magnitudine criminis pp̄ additionē p̄sone. Sic  
deterius est matrē vel sororē polluere extra vas q̄ p̄iugē: q̄  
cū talibus p̄sonis ē ipsa copula nālis est multū detestabilis  
Sed in ea muliere ad quā nullū ipedimētū est z cū q̄ pote-  
rat eē matrimoniū si meretricāl̄ cognoscat extra vas min⁹  
graue est q̄ si vxore sic cognoscitur.

**¶** An cognoscere mulierem extra vas debitum sit deterius  
q̄ coitus sodomiticus. **Questio.** CCXXVI.

**Queritur** An cognoscere feminā extra vas or-  
dinariū: sit deterius q̄ coitus sodomi-  
ticus. ¶ Dōz q̄ vterq̄ solet vocari coitus sodomiticus a do-  
ctoribus. Et tñ distinguendo eū sic dōm q̄ grauius est sodo-  
miticū q̄ istū. Rō est q̄ vbi est maior p̄uersio ē maius pctm̄  
Et tñ in coitu sodomitico est maior p̄uersio: q̄ ibi mutat se-  
xus z vas: in femina aut̄ solū vas mutat. Nā in viro nō pōt  
eē vas debitū ad hoc: iō quocūq̄ cognoscat extra vas cogno-  
scit. ¶ 2. p̄z q̄ in viro nō solū mutat vas s̄ ē p̄ditio agētis  
z paciētis. Nā femine si cognoscat eē vasa pctm̄ est q̄ sic  
cognoscat: z tñ al̄s cōpetit eis cognosci q̄ ad hoc ē sexus  
femininus. Viro aut̄ p̄petit agere z nō pati: iō est maior per-  
uersitas in eo. ¶ 3. q̄ magis vilificat humana spēs q̄ vir  
cognoscat a viro: q̄ femina a viro extra vas debitū. ¶ 4. si  
cut tanto maior est iniuria quāto maior est ille q̄ eā patit: ita  
tāto est maior turpitudine aut magis detestabilis: quāto excel-

lentior est q̄ patit. vir tñ est excellētior: femina: q̄ ipse vocat  
imago dei. Mulier aut̄ est imago vel glia viri. p. chorin. ii. z  
33. q. 5. c. Dec imago. It̄ turpius est q̄ vir polluat q̄ q̄ femi-  
na. Et sic deterior erit sodomiticus coitus q̄ coitus cū femi-  
na eē vas. ¶ 2. magis repugnat rōni z dignitati hūane nāe.  
¶ De pctō n̄ nāz ex mō cōcubēdi. Q. CCXXVII.

**Queritur** De pctō q̄ accidit ex mō cōcubēdi q̄  
aliqui vocant n̄ nām: sicut dicit sanctus  
thomas. 2. 2. q. 154. arti. ii. c. viciū n̄ nāz in q̄busdā modis  
coeundi mōstruosus. ¶ Dōz circa hoc vt aliqui volunt q̄ nul-  
lus defectus pueniēs ex mō coitus est fm se pctm̄ mortale  
suato debito vase: l̄z sit vel esse possit signū p̄cupiscētie mor-  
talis: qñ nō seruat modus quē nā determinat. Sic dicit Al-  
ber. mag. 4. sen. di. 31. z idē tenet ibi scūs Tho. ¶ Ad aperiē-  
dū magis hoc dicit frater Joānes in sumā p̄fessoz. titu. 8. ma-  
trimonio. q. 4. 7. q̄ modus nālis z debitus coeūdi est vt mu-  
lier iaceat in dorso: z vir ei incubat. Et isto mō sequet̄ facile  
p̄ceptio. Et verū est q̄ iste modus ē facilior ad seminis emis-  
sionē in viro z est aptior in femina ad suscipiendū z ad reti-  
nēdū illud. Natura ḡ sic determinauit finē in coitu. s. plē: z  
ē vasa distingit: ita determinauit modū quo masculus z fe-  
mina se puenienter ad istū finē hērent z ē supradictus. Dis-  
aut̄ deuiatio ab isto mō est aliquat̄ illicita: q̄ nō est de intē-  
tione nature. Et dicit idē frater Joānes: q̄ p̄ma z minor de-  
uatio a nāli p̄cubitu est p̄cubitus lateralis: deinde sequens  
deuiatio z maior est sedētiū: z maior adhuc est stantiū: z ha-  
rū maxima deuiatio est mutato situ ad retrorsuz mō brutoz  
est ē deuiatio interdū ex sup̄gessione. ¶ De modis primis  
tribus an sit pctm̄: dicendū est q̄ qñ vir vult sic cognoscere  
vxorē aut aliqua cā subest: aut facit pp̄ delectationē q̄ vult  
satisfacere libidinosē voluptati. De primo vt si forte mulier p̄-  
gnas est z timef abortus si vir incubat ei. vel est debilis z ti-  
mef piculū pp̄ grossitiē aut tumorem vteri ex quacūq̄ cā ita  
vt nō possit puenienter teneri modus nālis q̄ erit piculū vl̄  
difficultas z tunc dōz q̄ aut reddit debitū aut pctm̄. Si red-  
dit: dōm q̄ nullū pctm̄ est q̄ debitū semp reddēdū est si mu-  
lier impotune petat nec aliqd̄ excusabit ad hoc nisi impossī-  
bilitas vt colligit̄ eē de p̄iugio leproso. c. 2. Et q̄ nō pōt red-  
di mō p̄suetō tenet vir reddere eo quo pōt. It̄ p̄ istos modos  
reddēdo nō peccat nec ēt veniāl̄ q̄ al̄ obligaret ad peccan-  
dū. Si aut̄ ipse exigit debitū ab vxore existentibus istis ipe  
dimētis si pp̄ plē faciat vel ad vitādū incōtinētia in seipso  
pctm̄ nō est nisi diceref eē veniale. Quia licitū est p̄iugibus  
petere debitū ēt solū ad vitandū incōtinētia siue mittigan-  
dū somitē. p. choz. 7. cū apl̄s dicat bonū esse hēre vxorez pp̄  
fornicationē vitandā. Et tñ in casu posito nō pōt mō p̄suetō  
cognoscere feminā sine piculo: ḡ licebit ei cognoscere eā mo-  
dis p̄dictis. ¶ De 2. dōm q̄ nō existente aliquo ipedimēto  
de p̄dictis cū posset vir modo p̄suetō vxorē cognoscere: si ve-  
lit aliqd̄ vltra hoc ad p̄cupiscētia saturandā: vel q̄ putat se  
magis sic delectari signuz est mortalis p̄cupiscētie vt dicit  
albertus vbi supra: z tñ nō opz dicit q̄ sit pctm̄ mortale. imo  
cōiter d̄r q̄ si p̄cupiscētia ista nō excedat terminos matri-  
moniū ita q̄ vir cā delectationis expiende nō cognosceret il-  
lā illo mō nec alio si nō ēt vxore sua nō est pctm̄ mortale. Si  
aut̄ excedit limites matrimoniū. i. q̄ vir tantū afficit ad dele-  
ctationē illā q̄ siue esset vxore illa sua siue nō: veller eā sic co-  
gnoscere est pctm̄ mortale: q̄ iā p̄ caritatem est. Et tñ qñ est  
desideriū delectationis intra limites matrimoniū z sit varia-  
tio in mō p̄suetō an sit pctm̄ mortale vel solum veniale non  
poteft satis secure determinari: ideo magis timendum est z  
cauendum tanq̄ a mortali peccato.

**¶** De modo enormi quo quis vtitur sua vxore in vase debi-  
to sed a retrorsum. Q. CCXXVIII.

**Queritur** De alio mō magis enormi. s. mutato  
situ ad retrorsuz sicut i brutis. ¶ De  
isto dicūt qdā indifferētē q̄ est pctm̄ mortale: z q̄ p̄ nulla  
cā fieri dōz: est coitus n̄ nām z tñ viciū n̄ nām semp malū ē  
z fugiendū. 32. q. 7. c. flagi. Et cū istud turpiter fiat in meretri-  
ce turpius adhuc z detestabilius sit in vxore. Eadez cā z. q.  
e. adulteriū. It̄ dicit q̄ siue petaf debitū vir nō tenet redde-  
re q̄ peccabit siue ipse exigit peccat. Un̄ ēt si timeaf q̄ vxore  
adulteriū cōmitet si sic nō reddidit sibi debituz: vt pote q̄ alr  
reddi nō pōt q̄ est ipedita: dicūt q̄ adhuc reddi nō dōz pōt  
tius p̄mitti q̄ illa adulteriū cōmitat: q̄ deterius ē sic vxore  
z cognoscere

Opinio q̄  
rundam

Rūdet ad  
questuz. q.

Ad argm̄  
in p̄iugiu

Rūdet ad  
q̄sitū q̄oni

B

C

Scūs  
Tho.

Rūdet  
ad que-  
situz. q.

It̄ Joā-  
nes ord.  
p̄dicato-  
rū p̄pila-  
to: sume  
p̄fessoz

C

D

Opio q̄  
rundam.  
p. argm̄.

2. 10

Alia opinio

Declaratio auctoris

E

D

E

re cognoscere q̄ meretricē in allegato. Adulteriū: q̄ potius vir fornicari dēret cū meretrice z pmittere a fornicatiōe vxorem fornicari q̄ sic eā cogscere. Itē q̄ viciū n̄ n̄z dēteri⁹ e q̄ adulteriū: q̄ potius vir dēret adulteriū cōmittere vel pmittere q̄ vxor cōmitteret q̄ q̄ sic eaz cogsceret. In nullo ḡ casu isti volūt eē licitū siue sit petēdo debitū siue reddēdo. Aliter pōt dici q̄ aliq̄ p̄t eē licitū tal' coit⁹. Nā Alber. z. f. Tho. dicūt q̄to s̄niarū. di. 31. q. p̄uato vase debito variatio i mō coitus nō ē fm se pctm̄ mortale s̄ p̄t eē signū p̄cupie mortāl' id tñ q̄ fm se nō est pctm̄ pōt esse aliq̄ bonus ex aliqua causa iō nō erit semp̄ pctm̄ mortale. P̄o quo sciēdū q̄ aut vir cogscēs sic vxorē debitū petit vel reddit. Si reddit aut ē mulier ipedita ita vt nō possit alr' cognosci sine piculo pp̄ timorē abortus: vel debilitatē: aut pinguēdinē vētris z piculū suf focatōis: aut nō h̄z mulier aliq̄ ipeditū s̄ p̄t cognosci mō p̄suetō. Si nō sit ipedita z vir vellit eā cogscere sic siue reddēdo debitū siue petēdo sp̄ est pctm̄ mortale pp̄ mutationez modi. Et nō ē distinguēdū h̄ sic p̄cedēti. q. an faciat pp̄ delectationē p̄tentā intra terminos m̄rimonij vl' nō s̄stere in terminis s̄ sp̄ erit pctm̄. Rō ē q̄ iste modus magis deuiat a nāli z p̄suetō q̄ tres positi p̄cedēti. q. cū oino mutet sit. s̄ anteriora i posteriora. In illis aut nō. Itē q̄ plus ē q̄ iste modus v̄r s̄ nām z alij tres nō. Nā nā determinauit hoi modū coitus de quo p̄cedēti. q. b̄rūḡ aut determinauit coitū ex posteriori. Tres s̄t modi positi p̄cedēti. q. l̄z deuiet aliq̄tr a mō nāli hois tñ nulli bestie pueniūt. Modus aut q̄ ē a posteriori puenit oib' brutis fere: iō hō vsurpādo modū coitus p̄petētis brutis efficit q̄dāmō bestialis. Q̄ nō sit in alijs trib' modis q̄ nō similat ibi bestijs. Iō q̄n̄cūq̄ scia pōt pueniēter cognosci mō p̄suetō si q̄s aut eā alr' cognouerit. s̄ a posteriori sp̄ mortāl' peccat. Et v̄r dōm q̄ istd̄ fiat turpius z detestabili⁹ in vxore q̄ in meretrice vt q̄daz volūt iuxta illd̄ aug. 32. q. 7. c. adulteriū. s̄. Iste q̄ ē s̄ nām execrabili⁹ sit in meretrice s̄z execrabilius in vxore. Hoc tñ nō ē tenēdū vt dicet seq̄nti. q. Si aut scia sit ipedita pp̄ cās p̄dictas aut vir reddit ei debitū aut petit. Si reddit dōm q̄ nō peccat nec venialit' saltes q̄ sp̄ vir tenet reddere debitū: z tñ nō p̄t alr' reddere pp̄ piculū ḡ tenet sic reddē. q̄ q̄n̄ q̄s obligat ad duo si nō p̄t vtrūq̄ d̄z facere alterū eoz q̄ p̄t. 22. q. 2. c. faciat hō. Sic tenet sc̄tus Tho. z Alber. 4. sen. di. 31. dicēs q̄ si vir cogscat feminaz eē vas debitū sp̄ ē pctm̄ mortale: q̄ p̄les seq̄ nō p̄t: z tñ si mutet situs ad posteriora nō ē sp̄ pctm̄ mortale: z dic̄ q̄ q̄n̄cūq̄ ē sine pctō q̄n̄ dispositio corpis nō patit aliū modū. al' aut tāto graui⁹ ē sp̄ q̄to magis recedit a mō nāli. Et h̄ ponit in fine eius dē distin cōis in expositiōe l̄re. Si aut vir petat debitū: aut sit pp̄ plē: aut pp̄ incōtinētiā euitādā: aut ad expiēdā delectationē. P̄imus modus nō h̄z locū in muliere p̄gnate: q̄ nō adiunat p̄ceptiō iā facta ex isto coitu s̄ potius ledi posset z abortus fieri: z nō p̄t p̄ceptiō alia fieri z sic nō h̄z ibi locū ipeditiōē de vxore p̄gnate: s̄ p̄t eē q̄ vxor sit debilis aut hēat vētris pinguēdinē vel tumorē ex aliq̄ cā ita vt nō possit sine piculo cogsci mō p̄suetō z tūc desiderij licitū ē. s̄ velle plē gignere: z tñ an potius dēat q̄s abstinere a tali coitu z care re. ple vel talē coitū hēndo. plē q̄rere nō posset facili⁹ dici. Nā si p̄cubit⁹ ē aliq̄ mō illicit⁹ desiderij plus nō excusat eū vt ait aug. li. de bono p̄iugali z. 32. q. 4. c. sic sati⁹. s̄. Sic sati⁹ ē mōri fame quā p̄doloritiss velti. Ita satius ē defungi sine liberis q̄ ex illicito p̄cubitu stirpē q̄rere. Posset tñ satis dici q̄ cum matrim̄ sit p̄ncipalr' institutū ad plē z vir nō p̄t alr' vxorem cogscere q̄ liceat isto mō cogscere maxie si nodū h̄z plē. Et si putat istud ipeditiōē lōgo tpe duraturū: ita vt elabaf sibi aut vxori gignēdi etas. Si aut facit ad euitādā incōtinētiā: dōm q̄ istd̄ simplr' ē licitū z nō erit pctm̄ aliq̄. Q̄ matrim̄ l̄z a p̄ncipio fuerit necm̄ pp̄ plē: nūc tñ magis necariū ē pp̄ incōtinētiā vel fornicationē vitādā. Un̄ istā solā cām assignauit ap̄ls. p̄. choz. 7. s̄. vnusq̄sq̄s hēat vxorē suā pp̄ fornicationē. s̄. vitādā z nibil exp̄ssit de. ple. Etia dixit q̄ p̄iuges nō se fraudarēt debito nisi ad tps vt ofoni vacarēt z postea rediret in idipm̄ ne tēptaret eos sathanas pp̄ incōtinētiā suā: z nō dixit q̄ rediret ad coitū pp̄ plē gignēdā. Etia dixit q̄ bonū erat manere sine vxore. Qui tñ nō p̄t p̄tinerē nubāt. Q̄ melius ē nubere quā vri. Istā ē solā cām ad matrim̄ p̄bēdūz p̄s exp̄ssit. j. i9. dicētib' ap̄ls si ita ē nō expedit hoi nubere. p̄s dixit. Nō oēs capiūt v̄bū istd̄ sed q̄bus datū est. i. Uerū ē q̄ nō expedit hoi nubere q̄ simplr' meli⁹ eēt ei nō nubere z

mauere i v̄ginitate. Dixit tñ nō oēs capiūt v̄bū istd̄. i. nō p̄t oēs h̄ facere. s̄ p̄tinere s̄ solū illi q̄b' datū ē. s̄ a deo. Iō q̄bus dā hoibus ē nubere q̄si necariūz eo q̄ nō p̄t p̄tinere. Et tñ nō dixit ibi q̄ erat bonū nubere pp̄ plē: s̄ solū q̄ nō poterat hō p̄tinere: ḡ ista ē cā. p̄cipua nūc mirimo. Iō i casu dato magis ē sine pctō vxorē cogscere nō dicto. s̄ a posteriori pp̄ fornicationē vitādā q̄ pp̄ plē gignēdā: s̄z existēte vxore disposita admodū coitus nālis melior coitus ē pp̄ plē q̄ pp̄ fornicationē vitādā: q̄ p̄mus nō solū est licitū: s̄z ē interdū mētorius. Sc̄ds aut nūq̄ ē meritorius q̄ satis ē sibi q̄ sit licitū. Si aut fiat h̄ ad expiēdā delectationē venereā solū nō v̄r quō possit esse sine pctō mortali: siue sit volūtas delectationis contenta limitibus matrimonij siue nō. Quia in coitu mō naturali volūtas delectatiōis p̄tente intra limites matrimonij faciebat coitū esse veniale pctm̄. Si nō p̄tinere limitibus matrimonij esset pctm̄ mortale. Dic tñ est magna mutatio a naturali mō. Q̄ ḡ sine necitate fiat aut cā valde honesta nō v̄r quō satis excuset pctm̄ mortale. Si tñ aliquis voluerit esse veniale ēt in hoc casu cōtenta volūate delectationis intra limites matrimonij nō est multū s̄ eū insistēdū. Ad rōnes opinionis cōtrarie dicēdū q̄ ille p̄supponebat coitū istum esse cōtra naturā. Et verū est q̄ aliquo modo est cōtra naturā q̄ ibi vsurpat modus coeundi debitus bestijs a natura. Ideo sanctus Tho. 2. 2. q. 15. 4. arti. ii. ponit modos coeundi monstruosos esse viciū cōtra naturā: nō est tñ penitus s̄ naturā sicut alia vicia q̄ dicunt s̄ nām: q̄ in alijs impeditur nature intētiō. s̄. p̄les: In hoc aut nō impedit: cū etiā sic sequat' etiāz q̄ interdū aliq̄ cause honeste sunt ad hoc faciēdū. s̄ ipsa necitas z indispositio corpis. Ideo dū nō sp̄tē fiat emissio seminis extra vas in hoc coitu nō ē peccatū mortale. Secus aut q̄n̄ femina extra vas cognoscit. Q̄ istud oino s̄ nām est. Frustrat. n. ibi intentio nature cū p̄les seq̄ nō posset. Sic dicit Alber. z sc̄tus Tho. vbi supra. Sic aut esset iste modus coeundi simplr' s̄ nām verū est q̄ in nullo casu p̄mitti deberet z potius deberet vir fornicari z p̄mittere vxores adulterari q̄ hoc faceret. Et tñ nō est s̄ nām. Et patet maxime q̄ textus ille. 32. q. 7. c. Adulteriū exp̄sse loquit' q̄n̄ mulier cognoscit extra vas. s̄ pessimus est q̄ s̄ nām sit vt si vir mēbro mulieris nō ad hoc p̄cesso vti voluerit. Nō est ḡ intelligendū si femina cognoscat in vase solito solū mutato modo q̄: istū duo coitus nō p̄tinent ad idē genus. An iste modus sit magis illicitus in vxore q̄ in alijs mulieribus. Questio. CCXXIX. Queritur Cū coit⁹ iste q̄ sit a posteriori sit illicit⁹ ēt in vxore nisi in casibus exp̄ssis p̄cedēti. q. z in q̄libz alia muliere sit illicitus an sit magis illicitus i vxore quā in alijs. Aliq̄ dicūt q̄ sic q̄. 32. q. 7. c. adulteriū d̄r q̄ iste coitus q̄ est s̄ nām execrabili⁹ sit in meretrice: s̄z execrabilius in vxore. Dōm q̄ magis est illicitus in q̄libz alia muliere istud q̄ in vxore q̄ cū q̄libet alia coitus est illicitus ēt si nō addat alia circūstantia grauitatis nisi q̄ est coitus. Cū vxore aut coitus licitus ē nisi pp̄ aliquā circūstantiā fiat illicitus: ḡ q̄n̄ fuerit modus coeundi p̄dictus cuius vxore z fuerit illicitus solū erit coitus illicitus pp̄ istū modū z nō pp̄ coitū. Cū q̄libet aut alia muliere coitus est illicit⁹ fm se: q̄ ē saltē fornicatio simpliciter: iō nō p̄t eē licitus. Et sic erit illicitus pp̄ duo. s̄. pp̄ se z pp̄ modū z ita erit grauior eo q̄ sit cū vxore cū ille sit illicitus ex vnica pte. Rō aut diuersitatis est: q̄ coitus eē vas solitū cū vxore est pctm̄ s̄ nām z p̄iudicat magis matrimonio q̄ meretricio vt dictū est sup̄. q. 25. Coitus aut mutato mō nō est s̄ nām simplr': iō poterit esse sine p̄iudicio matrimonij. Maxie cū interdū licitus sit. Ut onus est p̄cedēti. q. Et tñ in nulla muliere alia est licitus: ḡ magis illicitus erit in q̄cūq̄ alia q̄ i vxore. Maxime q̄ q̄dā excusant istū coitū fere in oibus casib' l̄z nō b̄n̄ vt p̄s aliqualr' p̄cedēti. q. Et tñ nullus excusat saltē fornicationē simplicē nisi sit in sapiens aut hereticus. ḡ a fornicatiōi q̄n̄ fornicatiōi simplici fuerit adiunctus iste modus erit grauior. Et sic coitus iste mutato mō grauior ē cū q̄cūq̄ alia muliere ēt cū meretrice quā cū vxore. Cōsiderādū ēt q̄ istd̄ viciū nō d̄z vocari simplr' s̄ nām q̄ tūc est dēteri⁹ q̄ cogscere matrē: vt si q̄s cognoscat vxorē extra vas solitū. 32. q. 7. c. adulteriū. Nemo tñ dicit q̄ sit dēteri⁹ cogscere vxorē p̄mutato mō in vase tñ debito q̄ cogscere matrē: q̄ lōge grauius est cogscere matrēz imo q̄libz incestus dēteri⁹ est z ēt adulteriū. Aliq̄ mō ḡ est

Alia opinio

Ad rōnes i oppo

Opio aliorum

B

E

D

contra nam qz vsurpat ibi modus coeundi bestialis no tr est simplr p naz:io qn absolute loquimur d pctis p naz no itelli git istd inter illa nec et aliqs ali' modus coitus quatuciqz il le sit turpis du tr sit cu femina z in vase solito.

De concubitu quo femina virum supergredit.

Questio. CCXXX.

Queritur De alio mo pcubitus deuiate a nali. si feia supgrediat an sit pctm mortale. Quidam dicit qz pot distingui sic distinguebat sup. q. 26. de coitu q fiebat a posteriori: qz lz ille eet modus brutalis tn interdū erat sine pcto mortali. Qdōm qz asserit cōter istud ee sp pctm mortale. Et rō vr ee qz iste modus vr esse oino p nam. Nā coitus nāl'r fit ad gnationē. s. vr suscipiat semē a fe mina. Et tn iste modus repugnat oino effusioni ex pte viri z magis repugnat susceptioni ex pte feie: qz fortassis nō pote rit sic semē recipi in matrice s. effluet. Lā satis pz intuenti. Hoc nō est in pcubitu q fit a posteriori qm ibi tā emissio quā receptio fieri pot lz nō ita pueniēter sic in mō nāl'i. Qz ite ad pcubitu q fit a posteriori pot ee aliq' cā excusans: vr qz sit mulier pgnās: vel debilis: aut vtre tumido vel pingui: z nō poterit fieri mō nāl'i pcubitus sine piculo: z tn mutato situ a posteriori euitabunt picula. Sz nullū euitaf ex hoc qz femi ne supgrediant. Jō nulla cā honesta ad h pot ee et sic pctm mortale erit. Qz ite in isto mō pcubitus nō solū mutat situs s. et aliq' mō pditio pfone agentis z patietis. Est. n. nāle viro agere z feie pati. Qui tn succūbit patie quātū est ex ipso mō agēdi. Et sic femina in tali actu vsurpat pditionez viri: qz ex hoc agēs vr. femina tn agentē ee in coitu p nam ē oino iō qz femina supgrediat sp est mortale. Nō est aut sic d coitu a po steriori qz solum mutat situs nāl'is manet tn pditio agētis z patietis qz femina est sp vt patiens. In supgressionē aut mu taf tā situs qz pditio pfone. Jō est magis p nam: z sic est pec catū mortale. Qz ite istud ponit inter cās diluuij in historia scolastica. D. n. qz femine in vesania vfe supgresse viris suis abutebāt: diluuiū tn nō uenit nisi p pctis mortalibus: qz ista supgressio mortale pctm est. Qz ite aliq' exponūt de ista sup gressionē illud qd hētur ad ro. p. c. femine eoz imutauerūt vsu nāl'e in eū qz p nam est. Et lz intelligat d femina cogno scēte femina vt dictū est sup. q. 25. tn et intelligi pot d hoc qz p istū modū mutat vsus nāl'is in eū qz est p nam. i. modus nā lis in modū q est p inclinationē nāe. Qz ad rōnē in opposi tū dōm qz nō est sile de supgressionē z de coitu q est a poste riori pp oia supradicta: iō coitus a posteriori pot ee aliq' si ne peccato mortali nō tamen supergressio.

An mollities sit pctm mortale. Questio. CCXXXI.

Queritur De alio mō vitij p nam qd vocamus mollicie an sit pctm mortale. Dicūt qdā qz nō: qz nō est phibitū hoc lege dei in nouo nec in vete ri testamēto: in qbus tn oia vitia phibent: qz nō est pctm mor tale. Qz ite istud nō est in pndiciū alicuius. Nā in hoc coitu vitij qz te sua z nemini pndicat nec occasione peccādi tri buit: qz nullā femina polluit nec infamat. Qdōm qz istud ē pctm mortale z valde graue. Nā hic deordinat volūtas hu mana circa venere fruens illis qz pctm est. Qz ite pz qz act' organoz generatiuoz nūqz est licitus nisi quādo cus vxore fit: z h ad plē vel ad debitū reddēdū vel ad fornicationē eui tādā in se vel in vxore: cū tn qz mollicie cōmittit nihil istoz est: qz pctm. Qz ite dōm qz nō solū est pctm sed et contra nām Quia nā coitū ingeniāuit ad plē coitus: qz illi vel actus ve nerei ex qbus nō pot seq ples sunt cōtra naturā z ita illos vocamus vt sodomiticū peccoralē z siles. Et tn ex mollicie nulla ples sequi pot: qz nō est ibi alterū extremū in quo fiat gno. Jō est p nam. Et hoc verū est qz p se nō pot ex isto actu sequi ples. Interdū tn p accūs pot seq mediātibus demoni bus incubis z succubis de qbus aug. 15. d. ciui. dei. Nā de mō vt succubus pot suscipe sic emissum semē: z deinde ipse met vt incubus factus pot illd in vas femininū refūdere z pcipiet feia. Et tn illa pceptio nō erit a demone sed a viro qz mollicie semē effudit z ipse dicit pater illius. plis qz nascit lz femina illā nūqz viderit de qz gignit. Et sic aliq' dr esse scm de qbusdā quos vulgares historie demonū filios affirmant. z isto mō dicunt fuisse geniti gigantes ante diluuiū de quo dictū est gen. 6. Istud tn est p accūs qz immūdus vel mollis nō intēdit hāc gnationē: qz qstū ad eū est impolis. Etiā qz ē multū p accūs: qz eodē mō z adhuc magis pueniēter demō

nes pnt accipe semē effusus a dormiētibus q nocturno som nio pollunt qz ibi magis pot demō applicare organa sua vt succubus factus qz nō vr: nec eū ipedit qsqū in mollibus se polluentib': qz ibi aliud est z demō videret ab eis si vt suc cubus vellet suscipe semē qd effusum est. Est qz viciū p nam Qz ite pz qz natura determinauit agēs z paties. Et qm mu tatur agens in patiens sicut in sodomiticis est pctm graue. Maior tn pueritas est qz agens sit simul patiens qz id qd solebat esse agens vertat in patiens. Hoc tn est in mollicie: qz idē agit z patit cū suppleat locum vtriusqz extremi qz erit valde magnum peccatum ipsa mollicies. Qz ite apls. p. cho rin. 6. ponit spāle in peccato luxurie ab oibus alijs peccatis dicens qz omne pctm quodcūqz homo fecerit extra corpus est: qui autem fornicatur in corpus suū peccat. Et hoc est qz nō solum anima sed etiā corpus ibi polluitur hoc aut maxi me est in mollicie: qz ipse agens polluit: ergo magnū pecca tū est. Qz dicendū qz istud peccatū qd est cōtra naturam vt ostensum est nō habet ita nomen speciale sicut cetera partes luxurie: eo qz partes vel species luxurie accipiunt nomen z spēm a femina que est patiens vt ostensum est supra. q. 187. Hic aut nullū est patiens sed solum agens Ideo nō compe tit sibi ppriū nomen sed attribuit ei nomen ab aliqbus sili tudinibus z vocat immundicia ad galath. 5. z ad ephe. 4. Et recte puenit sibi: qz qui sic peccat se ipsum polluit: z ideo immūdus efficit. Qz in alijs aut coitibus polluit extremum patiens: z nō dr agens immūdū: nec etiā patiens si sit sibi naturale recipe. Hic aut fit immūdus agens: qz ipse est agēs z patiens: vocatur etiam mollicies p similitudinem. Quia 7. ethicoz. c. 10. vocat Arist. molles eos q succūbunt tristitij: qz pp nō sustinere illas faciunt aliqd turpe. Et dr ibi qz incōtinēs z mollis peccant circa delectationē. Et tamen in continens qz ducit p concupiscentiam ad delectationē z in quantū iudicat esse bonum z delectabile tendit in delecta tionem. Mollis vero tendit in delectationē nō propter con cupiscentiam eius sed propter fugere tristitiam que est in su stinēdo concupiscentiam. Et vocatur illi molles. i. delicati z multū passibiles qz nihil pnt sustinere z quālibet tristitiaz fugiunt. Accipiunt aut sic proprie molles. z tunc molles ē nomen g nāle circa oēs modū luxurie z spēm. s. qnūqz luxu ria vt nō sustineat tristitiā concupiscentie. Etiā pūnet ad ci bum z potum inquātum quis comedit aut bibit quod veti tum est pp nō sustinere tristitiā que est in cōcupiscentia illi cibi z potus. Et sic fractores ieiunioz vocant pprie mol les qz pp nō sustinere tristitiā famis ieiunij frangunt. Et h mō mollis equallet incōtinēti: qz circa oia ad qz est incōtinēs. s. in tactu z gustu ē et mollis h diuersa rōne incōtinēs qdē pp seq delectatiōes: mollis at pp fugere tristitias. Hic at mol lis accipit stricte circa istū modū spālē luxurie in q nō est pa ciēs. Et dr mollis qz cōter q sic agūt nō itēdūt pncipal'r de lectationē pseq: qz tūc seias cogscerēt: s. agūt pp euitare tri stitiā qz ē in sustinēdo pcupiaz venereoz. Recte qz molles. i. delicati vel reneri dicūt. Qz accidit tn aliq' hoib' p ex nāl'i i elinatiōe. Qd apparet si qz forte magis ad talē modū vene reoz inclinatur qz ad cognoscendūz feminam. Et istud dicit Ptholomeus accidere in illis in quoz natiuitate venus in corpab' saturno z habuerit aliquā dignitatē in septimo qz tūc dicit qz natus erit imūdi coitus. Et dicit Hali in comēto qz cum fuerit venus corporaliter iuncta saturno in natiuita te alicuius incitabit natū vt preferat stuprum posteriorz an teriori z in exercitatione spermatis cum manu vt dicit ptho lomeus in centiloquio ppositione. 80. Et quantum ad hoc magis deberet vocari iste actus venereoz bestialis quā mol lis: eo qz fit propter naturālē inclinationēz a natura puer se inclinata. Et tamen vna causa bestialitatis est nature per uersitas vt dicit. 7. et hico. c. 7. Ideo bestialis diceret. Qz ta men vt communiter nō accidit ex causa naturali sed ex alijs vocatur mollicies. s. quia omnes qui hoc vicio se pollunt tri stitiā que ē in sustinēdo concupiscentiam venereozum fuge re volunt. Et sic ista mollicies est pars quedam illius molli ciei quā Arist. nominat. 7. ethico. c. 10. Nos tamen quan do vocamus istos molles non accipimus istos tanqz perti nentes ad illam speciem mollium: sed istos quasi solos dici mus. Eos autem quos Arist. molles nominat vocamus nos incōtinētes large: qz peccāt circa delectationē siue ples quant' ipsam delectationem siue tristitiaz fugere intendant.

Ad primū

Opinio gradas. Rndet ad qstūm. q. A p. rō B 2. rō. C 3. rō D 4. rō E 5. rō Op. qm. das. p. rō. 2. rō Rndet ad qstū qōis. p. rō A 2. rō B De demoni bus succu bis z incu bis quō ge nerare di cunt.

3. rō L 4. rō D E F G H I J K L M N O P Q R S T U V W X Y Z

Ad 1<sup>m</sup>  
Ad 2<sup>m</sup>  
Ad 3<sup>m</sup>  
Ad 4<sup>m</sup>  
Ad 5<sup>m</sup>  
Ad 6<sup>m</sup>  
Ad 7<sup>m</sup>  
Ad 8<sup>m</sup>  
Ad 9<sup>m</sup>  
Ad 10<sup>m</sup>  
Ad 11<sup>m</sup>  
Ad 12<sup>m</sup>  
Ad 13<sup>m</sup>  
Ad 14<sup>m</sup>  
Ad 15<sup>m</sup>  
Ad 16<sup>m</sup>  
Ad 17<sup>m</sup>  
Ad 18<sup>m</sup>  
Ad 19<sup>m</sup>  
Ad 20<sup>m</sup>

**Ad** p<sup>m</sup>um dōm q<sup>o</sup> etiā si non vetaretur istud viciū spāl<sup>t</sup> in scriptura non tollebatur qd eēt vicium: qz recta rō: z con-  
 scientia nra est nobis p lege: z fm illā iudicabimur ad ro. ij. f. Sentes que legē nō hnt nāl<sup>r</sup> ea que leges sunt faciūt eius modi legem nō hntes ipsi sibi sunt lex qui oñdunt op<sup>o</sup> legis scriptū in cordibus suis testimoniū reddente illis pscia ipso-  
 rum: z inter se inuicē excogitationuz accusantiū aut dōfendē-  
 rium in die cū iudicabit deus occulta hoīuz. i. Per istas cog-  
 itationes pscientie accusantes z defendentes iudicabitur homo in die iudicij. Nā quādo cūqz hō agit ptra conscientiā peccat: quia agit ptra legē sibi indictā ad ro. i. 4. Oē qd nō ē ex fide peccatuz ē. i. Oē qd est ptra id qd credimus: si facim<sup>o</sup> illud est peccatū. Et ob hoc et si nō sit aliqua lex positiua ha-  
 bemus legē sufficienter per quā dānemur vel saluemur. Ad ro. ij. Quicūqz. n. sine lege peccauerunt sine lege pibūt: z q-  
 cūqz in lege peccauerunt per legē iudicabuntur. i. Qui non habuerūt aliquā legē positiuā: z sine illa viuētes egerūt cō-  
 tra dictamen rōnis: z pscie peribunt sine lege. i. p dēnabunt z nō per aliquā legē positiuā: sed per cogitationes pscie ac-  
 cusantes z defendentes: vt dī. e. c. Qui autē peccauerūt i le-  
 ge. i. qui habuerūt aliquā legē positiuā bonā dirigētē in mo-  
 ribus z peccauerunt z illā per illā iudicabunt. i. per illā con-  
 uincuntur peccasse z cōdēnabūtur. **Aliter** p<sup>t</sup> dicit q<sup>o</sup> s<sup>m</sup> p<sup>r</sup>esupponit. Nā mollities vetita est in vtroqz testō. Patet d<sup>o</sup> veteri in quo ponit decalogus vbi per hoc q<sup>o</sup> dī nō mecha-  
 beris phibet oīs coitus illicitus z nō legitimus vsus mem-  
 broz gñatiuoz: vt dicit Aug. in lib. deuterono. z. 32. q. 4. c. Meretrices. De nouo testō p<sup>r</sup> qz ad Gala. 5. dicitur. Mani-  
 festa sunt opa carnis: que sunt fornicatio: z imundicia: z ac-  
 cipitur imundicia p mollitiē: vt dcm est. Et postea pcluditur ibi qui talia agunt regnū dei nō psequūt. Et ad ephē. 4. dicit. Fornicatio z oīs imunditia non nominet in vobis. i. non so-  
 lum non sit: sed et non nominetur: qz talia turpe est nomina-  
 re. Xps quoqz mollitiē sub verbo generali phibuit inquātū dixit supra in sra qui viderit mulierē ad cōcupiscēdū iaz me-  
 charus est. Et sic pcupiscentiā venereoz que non est ad pū-  
 gem et sine actu existentē dānat. In mollitiē autē nō solū cō-  
 cupiscentiā deordinata: sed et actus venereoz est: q<sup>o</sup> phibetur sub illa clausula gñali: z p<sup>r</sup> expresse. i. corin. 6. Nolite errare nec fornicari neqz idolis seruientes nec adulteri neqz mol-  
 les neqz masculoz p<sup>r</sup>ubitores: neqz fures: neqz auari: neqz ebriosi: neqz maledici: neqz rapaces: regnū dei possidebunt. **Item** p<sup>r</sup> qz non solū dicit istud esse pctm: sed et res dete-  
 stabiles gen. 38. Etiā p h<sup>o</sup> deus infligit mortē Onam filio Ju-  
 de. e. c. Deus tñ non infligit alicui mortē nisi p pctō magno maxime qñ per se ipsum mortē infligit. i. non per hoīem: sed ope diuino: qz tunc signus est q<sup>o</sup> deus magis detestet illā rē. Un dī. e. c. de Onā q<sup>o</sup> introsens ad vxorē fr̄is sui semē funde-  
 bat in terrā ne liberi fr̄is noīe nascerentur. Et iccirco p<sup>r</sup>ussit eū dñs q<sup>o</sup> rem detestabilē faceret. Fundere at semen in terrā ad molliciē p<sup>r</sup>inet. Potest tñ dupl<sup>r</sup> intelligi vno mō q<sup>o</sup> onas sciens q<sup>o</sup> filij qui nascerent de thamar quā accepit in vxorē nō p<sup>r</sup>inerent ad eū: sed ad fr̄em suū defunctū non coibat cum thamar: sed ad satisfaciendū libidini sue per modūz molliciet semen fundebat in terrā sine coitu. Et ista est pprie molliciet qz sola molliciet de actib<sup>o</sup> venereis est sine coitu. **Aliter** potest intelligi q<sup>o</sup> Onā cognoscebat thamar in organo p<sup>r</sup>sue-  
 to: z tñ tpe effusiois nō fundebat semē in organo: sed in ter-  
 ra. z ista erat magna iniquitas: z istud et p<sup>r</sup>inet aliquo mō ad molliciē. s. ex pte finis: qz consumatio istius actus ē sine coi-  
 tu. Vetita g<sup>o</sup> est molliciet in scriptura. **Ad** ij. dōm q<sup>o</sup> licet iste nemini p<sup>r</sup>uidet. s. nulli p<sup>r</sup>io deo tñ: z nāe p<sup>r</sup>udicat: qz agit z nālē ordinē z inclinationē: cū vsus venereoz sit ad p-  
 lem: iste at taliter venerea excōicet qualiter ad nullā plem p-  
 desse possunt. Cum autē dicitur q<sup>o</sup> vti<sup>r</sup> re sua: id q<sup>o</sup> non pec-  
 cat. Dōm est q<sup>o</sup> non stat: qz pōt aliqs vti re sua male sic si q<sup>o</sup> intēpate comedat z inebrietur de eo q<sup>o</sup> suū est q<sup>o</sup> nemo dubi-  
 tat esse pctm. **Itē** dicit pōt q<sup>o</sup> h<sup>o</sup> iste vtra<sup>r</sup> hic semine z orga-  
 nis que sua sunt peccat: qz ista non sunt oīno sua sed data sē ei a deo ad certum vsū. Ideo qñ sec<sup>o</sup> fecerit peccat. Sic dīc Aug. 3. p<sup>r</sup>essio: z. 32. q. 7. c. flagitia loquēs de sodomitico coi-  
 tu: z alijs contra nām: qd isti tenent rei criminis diuina lege: qz deus non fecit hoīes: vt se illo vterent modo. Et tñ etiam nō fecit semen: z organa ad hoc q<sup>o</sup> sine coitu effundat: ideo q<sup>o</sup> sic effundit peccat. z sic molliciet est pctm graue.

**Ad** An mulier per se ipsam se corrupens peccet per molli-  
 tiem. **Questio. CCXXXII.**  
**Queritur** de muliere que se ipaz corrumpit an sit hoc pctm: z an pertineat ad mollietiam.  
**Ad** Dōm q<sup>o</sup> mulier pōt corrumpi a se ipsa vel ab alia v<sup>t</sup> a vi-  
 ro vel a peccore. Si a peccore p<sup>r</sup>inet ad bestialitatē: z est cri-  
 men z nām. De cuius grauitate dcm fuit supra. qd. 214. z in-  
 duab<sup>o</sup> sequentibus. Si at corrupatur a viro modus nāl<sup>r</sup> est: z  
 aliqñ est licitus: aliqñ illicitus: vt p<sup>r</sup> ex supradictis. Si autēz  
 ab alia femina graue crimen est q<sup>o</sup> ap<sup>l</sup>s increpat ad ro. primo  
 h<sup>o</sup> femina aliqñ pōt coire cū femina sine corruptiōe z aliqñ  
 do q<sup>o</sup> sequatur corruptio: p<sup>r</sup>mū est frequentius z est magnū  
 crimē de quo dcm est sup. q. 216. z sequē. q. aliqñ pōt seq cor-  
 ruptio non qdem nāl<sup>r</sup>iter: qz femina nō h<sup>o</sup>z tale organū: sed  
 per magnā iniquitatē aliqñ femine alicui coaptant sibi or-  
 gana similia virilibus: z sequitur inde subingressio organo-  
 rum: z vera defloratio etiā in virginibus q<sup>o</sup> interdum fit. Et  
 istud est pessimū crimē: quia puenit ex supabundanti iniqui-  
 tate cum ibi peat castitas sine vlla vtilitate: quia defloras nō  
 delectatur cum non sit organū sensitiuū quo res agitur: z et  
 non est aliquid ipsi deflorantis velut si q<sup>o</sup> ferro v<sup>t</sup> ginea clau-  
 stra apiat. Que et violat nō p<sup>t</sup> hic expiri qd optat. Jō i h<sup>o</sup> cri-  
 mine tato est maior iniquitas quāto minor vtilitas. Et quā-  
 to maior impolitas pueniēdi ad id qd optat: qz hoc fac actū  
 esse magis z nām: z iō deteriorē: z sic inter oia crimina con-  
 tra nām istud satis magnū est. **Aliqñ** autem femina ex se  
 ipsa corrumpitur ita vt pereat virginitas. Nā virginitas mē-  
 tis que est pprie virginitas p<sup>r</sup> cum femina pponit experiri  
 delectationē venereā. Materialis at virginitas est carnis in-  
 tegratas. Et ista p<sup>r</sup>it quādo claustra p<sup>r</sup>mo aperiunt q<sup>o</sup> femi-  
 na sibi meti facere pōt intendens quādā delectationē per ta-  
 lem coitum expiri: vel ab alia muliere pati pōt idem mō sup-  
 dicto. Et post p<sup>r</sup>ditā virginitatem ab ipsamet vel ab alia pōt  
 hēri iste actus z subingressio organi ex intentione delecta-  
 tionis. Quolibet at istoz modoz peccatum est. Nam pōt h<sup>o</sup>  
 tolli virginitas mentis z corporis: vt dcm est: z nihil p<sup>r</sup> fit  
 in stupro. Et tñ pstat illud eē pctm: q<sup>o</sup> a fortiori hic cū sit ma-  
 gis z nām talis ablatio virginitatis: etiā istius actus frequē-  
 tatio pctm est: qz per hoc deordinatur voluntas mulieris in-  
 tendentis delectationē venereā expiri modo in debito. s. si-  
 ne viro: z extra matrimoniu. Maius tñ pctm v<sup>t</sup> si vna femi-  
 na ab alia defloret q<sup>o</sup> si se ipsam corrupat eo q<sup>o</sup> multiplicat  
 ibi plures pueritates: qz totum est ptra nām. **Ad** An tamen  
 p<sup>r</sup>ineat pctm istud ad mollietē. Dicēdū q<sup>o</sup> aut mulier se ipam  
 corrūpit aut ab alia corrupit ita vt auferat v<sup>t</sup> ginitas. Uterqz  
 modus h<sup>o</sup>z silitudinē quādā cū stupro q<sup>o</sup> est defloratio virgi-  
 nis: z tñ non est stuprū: quia illud est coitus nāl<sup>r</sup>is cū puella  
 defloret a viro nullo pacto matrimoniali interueniente vel  
 p<sup>r</sup>cedente. 36 q. i. c. Lex illa. §. Lū g. hic at non cognoscit a vi-  
 ro. z tñ maior similitudo est si vna femina ab alia defloret q<sup>o</sup>  
 si a se ipsa pprie tñ p<sup>r</sup>inet ad vtrūqz ad viciū z nām. Et dicen-  
 dum q<sup>o</sup> cū defloratur ab alia muliere vel tāgūt ab ea p subin-  
 gressiōe organi post p<sup>r</sup>ditā virginitatē nō est molliciet: qz in  
 mollietē idē est agēs z patiens. Si at a se ipsa defloret vel pa-  
 tiatur hūc actū post deflorationē h<sup>o</sup>z silitudinē quādā cum  
 mollietē: qz idē ē agēs z patiens: z tñ nō ē molliciet: qz i mol-  
 litie agēs se ipz polluit z psumat act<sup>o</sup> venere<sup>o</sup>: in femina autē  
 nō p<sup>t</sup> seq pollutio a se ipsa: iō posset reduci aliq mō ad molli-  
 tiē tāqz ipsem ad pfectū. Nō tñ ē molliciet nec imūditia: naz  
 maxie vocat istd viciū imūditia: qz agens imundus fit. i. pol-  
 luitur: z tamen non fit hoc in femina.  
**Ad** An vxor possit virum repellere: si comiserit peccatuz cō-  
 tra naturam. **Questio. CCXXXIII.**  
**Queritur** occasiōe p<sup>r</sup>cedētū que dca sunt d<sup>o</sup> coi-  
 tu sodomitico: z de mollietē: z de alijs  
 pctis z nāz an possit vxor vix repellē si comiserit aliqd istoz  
 pctoz. s. si sodomita ē v<sup>t</sup> si polluit aut pollue vult eā e<sup>t</sup> vas  
 v<sup>t</sup> si se ipz p mollietē polluit. **Ad** Dōz q<sup>o</sup> in m<sup>r</sup>imonio qñ vn<sup>o</sup>  
 p<sup>r</sup>ingū alter repellit soluit qdā mō m<sup>r</sup>imoniu. h<sup>o</sup>z at m<sup>r</sup>imo-  
 niū duo iura. Primū est q<sup>o</sup> p<sup>r</sup>uges abinuicē debitū exigē pos-  
 sint: 2<sup>m</sup> est q<sup>o</sup> neutri eoz liceat alicui e<sup>t</sup>neo se copulare. Istō  
 2<sup>m</sup> nunquā potest solui viuētibus coniugibus quārumcūqz  
 qz magna crimina alter eozum vel ambo commiserint. Sic  
 dicit Hieronymus ad Damasum: z tregesimatertia questio-  
 ne. v<sup>t</sup> c. Omnes causationes. scilicet. Qd licet vir sit adulter  
 z oibus

Ridet ad  
qstū qōnis

B

C

Ridet ad  
qstū qōnis

z omnibus flagitijs opertus z derelictus ab vxore ppter h scelera: maritus tn reputandus est cui alteru virum accipere no licet. Et hoc vtz est nisi ambo iuges ex coi pnsu igre dantur religionē: quia per hoc matrimoniu soluitur (quātum ad p̄m̄uz debitum.) Dicendū q tollit per fornicationē quia si alter iugum fornicatur alius non tenetur ei reddere debitū lz petat: sed pōt recedere ab illo non solū quātū ad thozum. s. nō reddendo debitūz nec petēdo: sed etiam quātū ad cohabitationē: z istum casum solū exp̄ssit x̄ps. j. 19. z tñ in isto non tollitur. adhuc matrimoniu ex toto: quia non licet alteri coiuguz alicui extraneo se copulare. Un. j. corin. 7. dicit q si mulier recedit a viro oz recōciliari ei vel manere inupta. i. nulli alteri posset nubere viro viuentē. z tunc dicit qd cum esse sodomita sit d̄teri. xxxij. q. vij. c. adulterij. z. c. Usus naturalis q poterit dimittere femina virū. Idem z h̄ero. v̄i d̄tor et inuere ea. q. c. Omnes dicens. Lz vir adulter sit licet sodomita lz flagitijs omnibus coopertus: z ab vxore ppter hec scelera derelictus est. q poterat derelinqui ppter sodomitam esse sicut ppter esse adulter. Idem dicunt si vir polluerit feminam extra vas p̄suetū: qz istud deterius est qz adulterium imo deterius qz cognoscere matrē vt h̄etur in allega. c. Adulterij: q poterit dimitti sicut p adulterio: idē etiā dicunt si vir se ipsum polluit per mollitiē vel accedit ad peccora aut cōmittit aliqd de peccatis p̄tra nām: qz oia sunt detiora adulterio in alleg. c. adulterij. z. c. offerēbat. z. c. Usus non ppter illa poterit a fortiori dimitti. C hanc qōnē mouet gl. in allega. c. Oēs causatiōes: z respondet q nō pōt dimitti vir p̄t aliqd istoz nisi fuerit vera fornicatio. Rō est: quia x̄ps soluz casum fornicationis posuit: z accipitur ibi fornicatio p adulterio. s. qñ alter coiugū alicui extra matrimoniu cōmissetur. Ista autē crimina p̄dicta sunt deteriora qz adulteriu: z tamen non sunt adulteriu nec et repugnatur ita directe m̄rimonio per illa sic per adulteriu. Qz per matrimoniu hz vter qz coiuguz p̄tate corp̄is alterius. j. cori. 7. Et nō lz alteri eoz copulare se alicui ex̄neo: qz si liceret tollerē iam p̄m̄uz debitum. s. q nō h̄iet vterqz coiuguz inuicem p̄tate corp̄is alteri: per ista at̄ vicia nō p̄iudicat ita directe matrimonio: qz nō copulat vir alicui alteri per qd tollat vel inuat debitum vxoris in eoz: iō per hoc nō lz vxori recedere ab ipso. Cū autē dicit h̄ero. q vir fuerit derelictus a muliere ppter adulteriu vel qz sodomita erat. Dicendū q intelligit si volebat eaz cognoscere in vase nō cōsueto q etiā vocat viciū sodomiticuz z est detestabile. xxxij. q. vij. c. adulterij. Nā tūc si femina nō posset se defendere a viro volente ei inferre vim vt p̄sentiat si bi in hoc crimine: recedere licet vxori ne hoc patiat: qz meli⁹ est qz recedat imo qz se ipsam occidi permittat qz in hoc crimine viro p̄sentiat. De ceteris criminibus ppter que dicit h̄ero. viz derelictum ab vxore intelligēdū est si vir volebat trahere vxorē ad illa crimina: z nō poterat se defendere. Nā licet ei recedere: qz nō p̄t cohabitare ei sine iniuria dei. Sicut dicitur de iugib⁹ infidelib⁹: qñ alter eoz cōuertitur ad x̄pm̄ z alter in fidelitate manet q licet fideli manere cuz infideli in m̄rimo si vult ei cohabitare sine offēsa dei. si at̄ nō vult sine hac offēsa debet recedere ab eo vt inuirit. j. corin. 7. z ex d̄ diuortijs. c. Saudemus vel erant ista crimina viri talia per q̄ inuebat periculū vxori: vt si erat vir Seuer⁹ z timebat mortem: si maneret cum eo licebat sibi recedere a viro. C Sz q̄ rit adhuc glo. illa. Qd si vir habuit voluntatē fornicandi an liceat vxori recedere. Nā voluntas fornicandi fornicatio est xxxij. q. v. c. Qui viderit z. c. Proposito. Rūdet q nō potest ppter istā causam dimitti: quia voluntas fornicandi est occulta z ecclesia non iudicat de occultis. xxxij. di. c. Erubescat. s. q si vxor deberet dimittere viz non poterat fieri nisi iudicio ecclesie. Quia diuortium pena qdā est cum alter coniugum p̄iuerit iure petendi debitum. Pena tñ nō pōt infligi nisi p iudicem. Sed dōm q nō est ista cā. s. ppter esse occultā volūtatem fornicandi. Quia et si vir cōfiteret in iudicio vel p̄ alios actus exteriores potuisset p̄stare q vir habuit volūtatem fornicandi: adhuc non posset fieri diuortiu: qz illd nō p̄t fieri nisi ppter realē fornicationē: pro voluntate at̄ peccandi qñ voluntas nō exit ad actū: sed solum est voluntas non infertur pena in foro p̄tioso. ff. de penis. l. cogitatio. z de pe. di. i. §. cogitationis. Et hoc est qñ voluntas cōtēta est terminis suis. i. solū est voluntas z nihil seq̄ in ope nec in conatu exteriori. de pe. di. i. §. cogitatio. l. Cogitatio non meret penā le-

ge civili cum suis terminis p̄tenta est. Nō q̄ pōt aliqua pena diuortij aut aliq̄ alia per iudicē ecclesiasticū infligi in foro cōtentionis. p voluntate fornicandi: sed solū hoc pōt iudex fori cōscientie. i. confessor: qui tam de factis qz de cogitationib⁹ iudicat z p̄ illis penam imponit.

**De ḡuitate peccatoz luxurie in ḡnali. Qd. CCXXXIII.**

